Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36532
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

Et quid in funiculo lineo. nisi subtiliorem predicationem id est spiritalem debemus accipere. Censura enim legis funiculus fuit. sicut lineus non fuit. quia rudem populum non subtili predicatione cohercuit. in quo pene per sententiam non peccata cogitationis sed opis resecauit.
At post quam per semetipsum etiam dominus cogitationes hominum predicando religauit. et sepe perfectum esse peccatum etiam in corde innouit. funiculum lineum in manu tenuit. Ait enim. Audistis quia dictum est antiquis non mechaberis. ego autem dico uobis. quia qui uiderit mulierem ad concupiscendam eam. iam mechatus est eam in corde suo.
Funiculus enim lineus est predicatio subtilis. que mentem audientis ligat. ne se uel in misera cogitatione dissoluat. Et notandum quod dicit quia funiculus in manu est. id est predicatio in operatione. Inde enim ostendit omne quod docuit. sicut scriptum est. Que cepit ihc facere et docere. Et quia ipsa que dixerat etiam scripturis tradidit ut a posteris mandarentur. recte subiungit. Et calamus mensurie in manu eius. Descriptum ecclesia per propheta alium dominus pollicetur dicens. Oriet in ea uiror calami et iunci. Quod in loco alio exposuisse me memini. ut per calamum scriptores. per iuncum uero debeant auditores intelligi. Sicut quia ad humorem aquie iuncus et calamus nasci solent. et ex una eademque aqua utrique proficiunt. et calamus quidem ad scribendum assumitur: cum iunco uero scribi non potest. Quid in iunco et calamo accipere debemus. nisi quod una est doctrina ueritatis. que multos auditores irrigat. Sed irrigati alii ad hoc sequi in uerbo dei proficiunt. ut etiam scriptores fiant. uidelicet tamquam calami. Alii uero uerbum uitie audiunt. bonie spei et rectie operum uiriditate tenent. sed tamen ad scribendum proficere nullatenus possunt.
Hi quidem in aqua dei. nisi quidam ut ita dicam iunci sed. Qui quidem uirides cendo proficiunt. sed litteris exprimere nequaquam ualent. Redemptor igitur noster quia uerba que dixerat etiam per doctie studium scribi largitus est. in manu calamum tenuit. Qui calamus mensurie dicitur. quia ipsa doctie studia sub quadam occulti iudicii dispensatione retinent. ut et alius legentibus prosint. et alius legentibus prodesse non possint.
Unde sci apli cum magistrum ueritatem sibi apertius loquentem requirerent. cur turbis in parabolis loqueretur: audierunt. Quia uobis